

## L. Baiuw. 9, 7.

testibus innocentem et, quod apud eum cognoscitur, ex medietate restituat et furem quaerere non desistat. quod si furem celare voluerit et periurans et<sup>1</sup> postea detectus fuerit inventus, tamquam ille fur, ita in crimine damnetur.

## L. Baiuw. 9, 10.

Si quis casui (casu) facienti(-e) occiderit alienum animal et non negaverit, consimile(m) dare non tardat (-et) et cadaver mortuum accipiat.

## L. Baiuw. 10, 1.

Si quis per aliquam invidiam vel odium (dolum) in nocte ignem inposuerit et incenderit liberi vel servi domum, inprimis secundum qualitatem personae omnia aedificia componat atque restituat et, quicquid ibi arserit, restituat unaquaque subiectalia et quanti liberi nudi evaserint de ipso incendio, unumquemque cum sua hrevavanti componat, de feminis vero dupletur. tunc domui culmen cum XL solidis componat.

## L. Baiuw. 10, 20.

De via convicinale vel pastorale, qui eam aliqui clauserit, cum VI solidis componat et aperiat vel cum VI sacramentales iuret.

## Ben. 1, 344.

*sacramento et testibus innocentem et, quod apud eum cognoscitur, restituat et furem quaerere non desistat. quod si furem celare voluerit et periurans postea detectus fuerit, tanquam ille fur, ita iste in crimine dampnetur.*

## Ben. 1, 346.

*Si quis causa faciente occiderit alienum animal et non negaverit, simile dare non tardet et cadaver mortui accipiat.*

## Ben. 1, 351.

*Si quis per aliquam invidiam vel dolum in nocte vel in die ignem inposuerit et incenderit liberi vel servi domum, (primo<sup>2</sup>) omnia aedificia restituat et, quicquid ibi arserit, componat et insuper sexaginta solidis sit culpabilis et publica poenitentia secundum iudicium sacerdotum multetur et, quanti homines de ipso incendio evaserint, unicuique secundum legem componat et omnia, quae ibi perdiderint, restituat.*

## Ben. 1, 354.

*Si quis viam convicinalem vel pastorem clauserit, cum sua lege componat et ipsam viam aperiat . . .*

## Cap. c. 24.

tem et rem restituat et furem quaerere non ommittat. quod si furem celaverit et periurasse postea detectus fuerit, tamquam fur et ipse damnetur.

## c. 25.

Si quis casu faciente occiderit alienum animal et non negaverit, simile dare non tardet et cadaver mortui accipiat.

## c. 26.

Si quis incenderit alienam domum, primo omnia aedificia restituat et, quidquid ibi arserit, componat et insuper LX solidos et publica poenitentia multetur et, quotquot homines de ipso incendio evaserint, unicuique secundum legem suam componat et, quicquid perdiderint, restituat.

## c. 27.

Si quis viam convicinalem vel pastorem clauserit, cum sua lege componat et ipsam viam aperiat.

1) periurans et] periurasse verbessert Zeumer; vgl. jetzt das Cap inc. anni. 2) primo] add. Vat. Palat. 583 (contulit V. Krause).